

Quæ sit  
vera hu-  
militas.

eile ad humilitatem inducens scilicet in veritate cognoscere, & firmiter tenere se non esse Christum. Hoc est secundum prædicta. In veritate cognoscere, & firmiter tenere nihil bonum in se creditur, & illinatum, vel expertum suum esse, sed omnia esse dona Dei ac commodata à patre luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, ab eo iterum cum vltura exigendum. Solus enim Christus natura lris Dei filius dicere potuit patri. Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Ioan. 18. Et iterum. Quod dedit mihi pater maius omnibus est. Nos autem si nos aliquid esse putamus, cum nihil sumus nos ipsos seducimus. Gal. 6. Imo habetes Dei dona, non tamen nisi per Deum fructificare possumus, eodem apostolo teste. 1. Cor. 3. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et item. Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis quasi ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex Deo est. 1. Cor. 3. Consyderantibus itaque, nobis omnia bona nobis à domino fore commendata, de eisdem districte rationem exacturo, merito timemus & humiliamur, & non nisi stultissime gloriamur. Cum iterum apostolus dicat. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? 1. Cor. 4. Sed multo magis laudem & gloriam ex laudabilibus donis acceptis in Deum refundamus, dicentes in omnibus. Gloria in altissimis Deo & cum propheta. Benedictus dominus in donis suis. Et iterum. Non nobis domine, non nobis &c. Ad hoc nos hortatur beatus Gregorius homil. 5. super Ezech. propè finem. Per omne quod agimus, ad fontem veri luminis sollicitè redeamus, reddam creatori nostro gratias de bonis quæ agimus, eique cum Esaiâ propheta suppliciter dicamus. Omnia opera nostra operatus es domine. Bona enim nostra eius sunt opera, cuius visceribus non sufficit ut nos exigeret, nisi semetipsū pro nobis inclinaret. Si enim Deus coæternus patri, Deus ante secula, non sic

ret homo, temporalis eterna non saperet. Descensio ergo veritatis, ascensio facta est nostræ humilitatis. Hæc Gregorius.

Consistit tertio in obedientia perfecta. Hæc enim est via nostra quæ dirigitur ad dominum, & semitæ ad Deum nostrum rectificatur. Rectificatur, quæ normæ suæ regulæ æquatur. Norma omnis rectitudinis, & iustitiæ est voluntas Dei, quæ semper necessariè est recta. Hæc nobis per mandata, & consilia innotescit. Hanc prætulit nobis beatissimus Ioannes, sed longe perfectius Christus. Ioannes præparando viam domini, viuendo, baptizando, clamando, testando, propter hoc dixit se vocem in deserto clamantem. Vox expressiva est verbi, & Christianæ expressiuis esse debet Christi per eius conformitatem ad Christum, ut ex eius vita ordinata etiam ab infidelibus glorificetur Christus. Hinc Petrus ait. Conuersationem vestram inter gentes habetis bonam ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum. Hæc est .n. voluntas Dei at benefacientes, obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam 1. Petri. 2. Et hoc etiam beatus Augustinus in de vita Christiana Christus autem perfectus obedientiæ vitam ostendit, qui ex obedientia patris descendit, qui non suam, sed patris voluntatem facere venit. Et factus obediens usque ad mortem crucis, nostram salutem reconciliauit. Hunc imitari oportet &c. Ecce in quo consistit nostra præparatio nouello regi venturo proximo die, secundum ecclesiæ anniuersariam commemorationem Studeamus hanc habere &c.

Obedientia perfecta est necessaria.

**DOMINICA INFR**  
octa. natiuitatis Christi. Sermo I. in ordine. IX.

**P**OSITVS est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel. Lucæ. 2.

Agneus idem iacet in eandem materiam eodem modo dispositam eundem pro-